

## Band X., Nr. 4867, Seite 503-504

*Bischof Heinrich von Konstanz quittiert über 55 Mark Silber von der Quart zu Esslingen*

Konstanz, 1296. Juni 20.

Nos H. dei gratia Constantiensis episcopus scriptis presentibus recognoscimus et confitemur, nobis de quinquaginta quinque marcis argenti legalis ponderis in Esselingen, que nobis sunt debite anno presenti de totali quarta decimarum ecclesie in Esselingen quasque deputavimus et assignari fecimus dilecto in Christo magistro C. Phefferhardo canonico ecclesie nostre Constantiensis in solutionem octoginta marcarum argenti nobis per ipsum mutuatarum ad utilitatem ecclesie nostre Constantiensis, reputamus plenarie satisfactum ex parte honorabilis capituli ecclesie Spirensis seu procuratoris eiusdem capituli apud Esselingen commorantis, dummodo quinquaginta quinque marce argenti supradicte ex parte magistri C. prefati presentate fuerint honorabili viro . . . abbati monasterii in Zwiveldea aut . . . fratri monasterii de Salem procuratori eiusdem monasterii apud Esselingen. Et super premissis quinquaginta quinque marcis argenti presentatione earundem predicto . . . abbati in Zwiveldea aut . . . fratri memorato procuratori monasterii de Salem apud Esselingen facta nomine et vice magistri C. dicti Phefferhart canonici ecclesie nostre Constantiensis supradicti nos una cum dicto magistro C. per presentes absolvimus capitulum Spirensis et . . . procuratorem eiusdem ipsisque plenam de ipsis facimus quittance<sup>1</sup> appendentes in evidentiam huius facti una cum appensione sigilli dicti magistri C. presentibus sigillum nostrum. Ego magister C. dictus Phefferhart canonicus ecclesie Constantiensis predictus recognosco mihi de predictis quinquaginta quinque marcis argenti ex parte honorabilis capituli ecclesie Spirensis fore integraliter satisfactum, dummodo dicte quinquaginta quinque marce argenti nomine mei honorabili viro domino . . . abbati monasterii de Zwiveldea vel . . . fratri monasterii de Salem procuratori eiusdem monasterii apud Esselingen existenti ex parte honorabilis capituli ecclesie Spirensis aut . . . procuratoris eiusdem fuerint presentate, appendens in evidentiam huius facti una cum appensione sigilli reverendi patris et domini H. dei gratia Constantiensis episcopi presentibus sigillum meum.

Datum Constantie, anno domini MCCXCVI., XII. kalendas Julii, indictione IX.

---

<sup>1</sup>Aus quiddationem korrigiert.

## II

—

Textabdruck folgt dem Original (auszugsweise, italienisches Perg.).

Siegel, 1) des Bischofs, s. WUB, Bd. X, S. 166, Nr. 4417. 2) spitzoval, 50, 35 mm., oben Maria ruhend mit dem Jesuskind, zu ihren Füßen Joseph, im Hintergrund Ochs und Esel an einer Krippe, darüber ein Stern, unten Brustbild eines Beters; Umschrift: + . S . MAGRI . CVNR . CANON . ECCE . OSTANCIEN.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Konstanz

**Ortsindex:**

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Schloss Salem : Salem FN

Schloss Salem Wohnplatz (18257)

Speyer, SP

Zwiefalten Wohnplatz (16028)

Zwiefalten, RT